dabit inquit deo placacionem suam; Id est nullas uictimas
nullas graciarum hacciones uel aliquarum ostiarum
laudes inuenit. quas diuine pietati que nostra redempcio
ne tam excellenter uoluit humiliari et gratuito morti subici
cubi possit rependi; Huic itaque misericordissime pietati nihil
dignum ab aliquo sanctorum quamuis perfectissimo aeque potest re
compensari; Quod considerans alibi propheta dicebat; Quid retri
buam domino pro omnibus que retribuit mihi; Et laborabit in aeter
num et uiuet. Ille iustus id est eternum premium pro laboribus et afflictio
nibus quibus in presenti carnem macerat et semet ipsum ostiam deo
immolat se percepturum confidit. Ille enim in eternum laborat.
qui non humani fauoris auram expetit. sed perpetuali lauro insig
niri post ancurtam querit; Et uiuet in finem; Qui a in eter
num laborauit. mori secunda morte que pessima est non ualebit.
quin et iam tunc corpus melioris uita fiet; Non uidebit interitum
id est non excipitur mortem eternam iustus; Cum uiderit sapi
entes morientes: id est cum uidebit in die iudicii sapientes et filo
sophos seculi dampnari qui a nullas gracias egerunt conditori;
Hoc quidem cassiodorus; ceterum beatus geronimus de repro
bis interpretatur. de is uidelicet qui in uirtute sua confidunt. Il
le inquit talis qui in christo redempcionem humani generis imple
tam non credit; Non dabit deo placationem suam. id est non agit peni
tenciam; tunc namque illi digna placacio datur. quando uera
poenitencia agitur; Et precium redempcionis anime sue. scilicet
non dabit deo. id est non facit elemosinas quibus peccata sua redimat.
Et laborabit in aeternum. id est eterna tormenta pacietur; Et uiuet
adhuc in finem que uita omni morte deterior erit; Viuet enim